

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

LXIX. Quomodo accipiendus locus Aristotelis 3. Ethic. cap.6 de fortitudine:
Omnium rerum nihil morte horribilius [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)

clanos in summa potentia collocatos, & maximis honoribus affectos: Pompejanos vero, quorum ipsi facile princeps fuerat, ut victos & captivos, insolentiam victoriæ percelluros. Itaque maluit lucem vitalem relinquere quàm hæc videre. Hoc est succumbere magnitudini concepti doloris: Non igitur est fortem esse. Fortiter ille facit qui miser esse potest, ait Martialis. Et fortitudinis præcepta sunt: Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est. Et: Tu ne cede malis: sed contraudentior ito: Quò tuate fortuna vocat. Et

Pisillum ut pariter misto terit omnia succo:

Sic patiens virtus omnia dura terit.

Vide Laur. Vallam lib. 2. de volupt. & Augustinum lib. 1. de civitate Dei.

LXIX.

Quomodo accipiendus locus Aristotelis 3. Ethic. cap. 6. de Fortitudine: Omnium rerum nihil morte horribilius. Nam omnium rerum mors est extremum, nihilq; reliquum mortuo esse videtur, neq; bonum, neq; malum.

EX hoc loco sunt, qui sic colligant: Affirmat Aristoteles, fortem virum mortem timere, quia ultimū ex rebus formidolosus mors est: Et mortuo nihil boni vel mali accidere potest. Ergo sentit Aristoteles aium esse

A 2 2 esse

Cato non est fortis, quia fractus dolore facit contra justitiam, cum se interficit.

esse mortalem. Ad obtinendum istud adducunt etiam locum ex cap. 2. libri ejusdem. Voluntas in iis etiam, quæ fieri non possunt, ut immortalitate, versatur. Ajunt: Dicit Aristoteles, possumus velle esse immortales, quod fieri nequit. Ergo animum non statuit

Sunt qui ex verbo, Videtur, suscipiuntur Aristotelem hic loqui à *ἡλικίας* & ex opinione vulgi, non sua ipsius sententia, esse *ἀθάνατον*. Sed facilis est refutatio. Utroutrouque enim committitur Elenchus consequentis, & à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Neutro enim loco loquitur de animo. Sed illo, de viro forti, cui quatenus est vir fortis, non verò quatenus habet animum, post mortem corporis nihil boni aut mali extrinsecus accidere potest: post mortem enim vir fortis dici & esse desinit, destructo composito. Hoc verò, de immortalitate totius hominis, quæ rectè dicitur *ἀθάνατον*, cum omnem hominem secundum corpus mori, & ita compositam dissolvi necesse sit. Sic cum in 1. Philosoph. Aristoteles Deum perpetuo, nos verò exiguo tempore felices esse affirmat, non loquitur de animo nostro à corpore separato (Is enim semper felix est vel miser) sed de homine, qui ex animo & corpore constat. Is exiguo tempore (dum vivit) est felix civiliter. Statuere autem Aristotelem, mentem hominis corrupto corpore *ὑπομένειν* permanere, ex locis multis philosophiæ ejus ostendi potest. Nec sequitur

Objekt.

tur istud : *δύνατο* est *πίεσις*. Ergo mortuo-
minò non sunt. Mors enim est omnium rerum
extremum, scilicet civilium seu mundana-
rum. Sed quid ad hoc respondendum? Tur- Solm.
pitudine est maximè formidolosa probo & ju-
sto viro. Ergo non mors. Resp. Concedes to-
tum: Aristot. enim tantum vult, mortem ef-
se maximè formidolosam, ex iis rebus, quæ
forti viro obijciuntur: ex iis item rebus, quæ
extrinsecus inferuntur. Turpitudinis autem
nostræ ipsi sumus causa & principium.

LXX.

An Ethicum seu honestum sit honorem principi viro
habere, admonitione manus ad os. Affir-
matur esse *ἀδιάφορον*.

MULTOS in salutandis potentibus aut
in honore iis habendo videmus, ma-
num ori admovere. Queritur ergo: sit-
né hoc verè *ἠδύδον*? Resp. Hoc neq; natura,
neque lege scripta, sed tantum consuetudine,
eaq; particulari, nempe aliquorum (quam sal-
va civilitate nos possumus non sequi) καλόν &
honestum esse. Unde autem consuetudo hæc
profecta sit, nimirum à veteribus, & quidem
superstitiosis gentibus, non malè conjicere
mihi videretur M. Antonius Muretus, cujus
verba animi causa subjicio. Quod hodie in
consuetudine positum est, ut in salutandis

Aa ; potent-